vltimus indigere. Socra. Fortè verò Critippus haec dixit, ego verò non memini. Critippus. Quis Critippus? Socra. Saltem hoc memini, neque Euthydemum attulisse haec, neque Dionysodorum. Sed, o beate Crito, suspicor praestantiorē quempiam virum praesentem huc dixisse. Nam hęc me audiuisse non dubito. Critippus. Per Iouem, o Socrates, excellētor aliquid ista protulisse videtur. Verū post hęc quā tādē artem seruatū estis? Inuenistisne quā quarebeat an non? Socra. Vnde, o beate, inuenistisne? Ridiculum quiddam accidit. Etenim puerorum more, qui galeritas siue alaudas infsequuntur, vehementi quodam affectu singulas scientias persequēbamur, ac semper quācumque; capere nos euertigō putabamur, falletbat nos, repenteque subter fugiebat. Quid enim tibi multas enumerēs Regiam artem aggressi, ipsamque sumus cōtemplati, esset necne quae beatos faciat. Sed velut in Labyrinthum delapsi, dū prope finē esse iam sperabamus, retrogressi ad principiū rursus reuertebamur, eodē modo affectū, quo principiū disputationis eramus. Critippus. Quo pacto hoc accidit? Socra. Dicam: vbi nobis regia facultas est eadem esse cum ciuili. Critippus. Quinam? Socra. Cūm res militaris ac facultates omnes reliquit, operum suorum imperiū ciuili arti submittere viderentur, vtpote quae sola vti sciat, nihil nobis impedimento fore putauimus, quo minus hęc esset quā quaerebamus, & causa recte remp. administrandi, & secundum illud Aeschili lambicū, puppi sola ciuitatis praesidens, & gubernacula totius tenens, omnibus dominans, omnia vtilia reddens. Critippus. An non recte vsum vobis est Socrates? Socra. ipse iudicabis Crito, si audias quae deinceps contigerunt. Rursus enim hunc in modum quaerebamus. Age, ars illa regia omnibus praesidens, opus aliquid efficit, an non? Omnino aliquid, consensimus omnes. Nonne enim & tu hęc Crito concedere? Critippus. Absque dubio. Socra. Quod ergo illius opus esse dices? Vti te rogem, Medicina dum dominatur omnibus quorum domina est, quodnam opus exhibeat non sanitatem protinus responderes? Critippus. Vti quae, Socra. Agricultura item vestra, dum omnibus quorum est domina, dominatur, quod opus facit? Alimentū est terra porrigere inquit? Critippus. Equidem. Socra. Regia igitur facultas, cum omnibus quorum est domina dominetur, quod opus explet? Fortè nō est in promptu. Critippus. Non Herule, o Socrates. Socra. Neque nobis, o Crito, sed hoc saltem nostri, si hęc ea est quae exoptamus, vtile esse oportere. Critippus. Summo opere. Socra. Nonne igitur vbi aliquid afferre nobis eam necesse est? Critippus. Est omnino. Socra. Bonum autem nihil esse aliud quā scientiam quandam, ego & Clinias consensimus. Critippus. Ita certè dicebas. Socra. Opera vero ciuilibus quidem gubernationibus, cum multa alia, tum hęc esse vel maximè vniuersumque fateatur, diuites facere ciues, liberos, & cōcordes. Hęc autē omnia neque bona, neque mala apparuerunt. Oportet autē eam vel constitit futura sit quae profusum, & beatos efficiat. Critippus. Vera narras. Sic enim tunc inter vos constitit, ut ipse recensuisti. Socra. Nunquid regia disciplina sapientes homines bonosque; facit? Critippus. Quod prohibet Socrates? Socra. Num & omnes, & in omnibus bonos, omnemque scientiam ipsa praebet? coriarum, fabrilium, & reliquas vniuersas? Critippus. Haud equidem arbitror, o Socrates. Socra. At quā scientiam? & quā in te iuua-

bimur? Operum quidem illorum quae neque bona sunt, neque mala, opificem ipsam esse haud oportet. Scientiam verò aliam praebere nullam quā ipsam scilicet decet. Dicamus igitur quānam haec sit, & quo iuuetur. Vbi nam dicamus, o Crito, quae bonos facere ceteros possimus? Critippus. Volo equidem. Socra. Boni quō conducunt? quōve vides erunt? an dicemus quōd alios facient bonos? & illi ipsi alios item: quo autem boni sint, nusquam apparent, postquam illa quae ciuilibus artis opera dicuntur, reieciimus: planèque, quod proverbio dicitur, Iouis Corinthus accidit, atque ut supra dixeram, & equo interuallo, imò etiam longiori quā antea ab eius artis inuentione distans, quae praestare nobis beatitudinē valeat. Critippus. Per Iouem, o Socrates, in ambiguitate plurimam incidisse viderimus o. Ego quidem, o Crito, cum in hęc dubitatione merfus essem, quā alta potui voce protinus exclamaui, hospites illos tanquam Castorem & Pollucem Iouis filios suppliciter obsecrans, ut nos, me scilicet & adolescentulum ipsum esse turbulenta fluctuatione sermōnū eriperent, iocisque; omisissis, seria disputandi ratione nobis ostenderent quae potissimum scientia sit, quā adepti, quod vix superet, feliciter transigamus. Critippus. Nunquid monitare vobis Euthydemus voluit? Socra. Quidni? Magnificè nimium, o amice, hunc in modum affari cecepit. Verum te, o Socrates, hanc quā iam pridem quaeritis scientiam, doceam, inquit: ut an habere ipsam te ostendam? O beate vir, inquit, nunquid hoc potes? Valde, inquit. Ostende igitur, inquam, me habere facilius enim mihi istud, quā denuò hac in arte discere. Dic age, inquit, scilicet quicquid? Socra. Equidem multa inquam, sed parua. Sufficit, inquit, putāne aliquid corum quae sunt, id ipsum quod est, non esse? Nullo pacto, inquit. An non scire te aliquid afferis? inquit. Profecto. An nō es sciens, si modò scis? Sum quidē, sed illius ipsius quod scio. Nihil refert, inquit. Non necesse est scire te omnia si qua corum quae sunt scis. Nō per Iouem, inquit, quandoquidem & alia multa minimè scio. Si quid nescis, inquit, nonne es nescius? Illius ipsius, inquit, o amice, quod nescis. Nihilominus nescius es, inquit, qui paulo ante scitū te esse praedicebas. Atque ita fit, ut ille ipse sis qui es, & rursus non sis, simul & secundum eadem. Esto, inquit, Euthydemus. Nam ut proverbio fertur, Bellè omnia dicitis quae igitur ratione, scientiam illam quā quaerimus, habeo? quia videlicet impossibile est, esse idem atque nō esse. Vnde si vnum quiddam scio, dicit scio, neque enim esse possum scientiam simul, & nescis. quōd si omnia scio, illam quoque scientiam habeo. An non ita loqueris? & hoc est illud sapiens? Ipse te redarguis, inquit, o Socrates. Quid verò Euthydemus tibi, inquam, nonne idem cōgrit? nam mihi quidem nō multum molestum est, quōd & tecū vna & cū Dionysodoro hoc lepido capite patriar. Dicit mihi, nonne & vos quaedam scitis, quaedam nescitis? Minime quidem, o Socrates, Dionysodorus inquit. Quid dicitis, inquam, an nihil scitis? Imò scimus, inquit. Omnia itaque scitis, si aliquid scitis. Omnia certè, & tu quoque scis omnia, si vnu aliquid scis. Pro Iupiter, inquam, mirabile dictū, & ingens hoc bonum. Num & ceteri omnes sciunt omnia? vel nihil? Non enim dicendum videtur, scire eos aliqua, nescire alia, atque ita scientes esse simul & nescientes. Quid ergo, inquit, dicemus? Omnes, inquit, planè scire omnia, si quid vnum sciunt. Dij boni, inquam, nunc demum Dionysodore

fodore scire loqui mihi videmini, & vix tandem vt scire ageretur, nunc impetraui. Ipsi teuera scitis omnia? & tabulic videlicet artem & coriarum? Omnia profus, inquit. Non quid & neruis fuerit scitis? Certe, inquit, & calceos quidem. An, inquit, & stellarum numeru, & arena? Et ista, inquit. Putas nos ista concedere, inquam? Hic Ctesippus respondens, Conceduram, inquit, o Dionysodore, nobis aliqua talem adducere, qua vos vera loqui coniciamus. Qualis inquit. Scis, inquit, quot dentes Euthydemus habet atq; Euthydemus quot tu habeas cognoscit? Non tibi fat est, inquit, quod omnia scimus, audisse: Minima, inquit, sed vnum hoc tantum nobis ostendite, quod vera loquamini. Nam si dixeritis quot dentes habet uterq; nobisq; postea numerantibus, vera dixisseprehendemini, cetera queq; vobis credemus. Illi vero cu mordere Ctesippum existimaret, respondere aliquid noluerunt nisi quod scirent omnia, de singulis a Ctesippo interrogati. Ctesippus siquidem aperte de vnaqua re, vel minimis quibusq; etiam cursuissimis scicitatus est, num scirent. Illi autem forti animo pariter contra responderunt se omnia intelligere, instar aprorum qui contra idum nituntur. Quamobrem ipse quoque, o Crato, coactus sum deniq; Euthydemu interrogare, an etiam salta re Dionysodorus sciret. Ille vero consentit. Non tamen, inquam, super enfes humi inclinato capite transire, & super rotam volui, tam grandis natu. Eone sapientie promouit? Nihil est, inquit, quod nesciat, Tum ego: num omnia nunc duntaxat cognoscitis an & semper? Et semper. Num a tenera etate statimq; nati omnia cognouistis? Omnia, responderunt simul uterq;. Nobis vtiq; res incredibilis visa est. Tunc Euthydemus, non credis, o Socrates? Excepto hoc solum inquit, quod verisimile est vos sapientes esse. Et si mihi voles respondere, inquit, ostendam te quoq; hanc mirabilia consentent. Gratissimu sit, si huius me couincas: si enim cum essem sapiens, nesciui haecenus, tuq; ostendes, & scire me omnia, & sciuisse semper, quod maius in vitalu curu nancisci possem? Responde iam, inquit. Tanqua responsum, inquit, interroga. Nunquid alicuius scius, inquit, es, o Socrates, an nullius? Alicuius, inquam. An eode scis quo scius es, an alio quopia? Quo scius sum. Arbitror enim te animam dicere. Hancne intelligis? Non te puer, inquit, o Socrates, dum interrogaris vicissim interrogare? At quid facia, inquam? Faciam equidem vt cuiusq; scieris, cum quod quarris ignorem. Iubes autem vt respondeam quidem, non interrogem. Cogita sine quoquo modo, inquit, id quod quæro: Equidem, inquit. Ad istud ergo responde quod cogitas. Quid, inquit, si tu alia mente interrogas, alia ego respondeo, cum aliud quam tu conceperim, fatissime tibi factum putabis, si nihil ad rem ipsam respondero: Mihi quidem fat erit, inquit, tibi non, vt arbitror. Tum ego, per louem non prius respondebo, quam audiam. Non respondes, inquit, ad ea semper que te mente concipis, quia nugaris Socrates, & rudior es ad modum quam oporteat. Agnouit tunc illum mihi is subirat, quod verba quibus me irretire studebat, distinguere. Venit mihi praterca in mentē Conni, qui ipse quoq; saepe mihi indignatur, quouscui non cedo: deinde me spernit velut rudem. Postquam igitur cogitatu horum doctrinam me tradere, arbitratus sum obsequi oportere, ne quis coram me vt ineptum & indocilem respuat. Quocirca & illi inquam, si tibi ita Euthydemē vi-

detur agendum ita agatur. Tu nanq; me multo melius disputadi rationem intelligis, cum artem hanc tenes, ego vero sim tuus. Ideoq; interroga iterum ab initio. Responde rursus, inquit, vt rum scis aliquo qua scis, an nullo? Anima inquam. Hic, ait ille, plus quam rogatus sit, respondet. Non inter rogo quo scias, sed vt rum scias aliquo, necne. Ego inquam, ad hanc plus quam decebat propter ineptitiam meam respondi. Sed ignosce mihi obsecro. Respondebo iam nunc simpliciter, quod scio aliquo semper quocunq; scio. Vtrum, ait, hoc eodem semper, aut tum hoc, tum alio? Semper inquam, quando scio, hoc scio. Hic ille, Non dum prater rem responde re definis? Ne forte, inquam, id quod semper dicitur, nos falleret, ita respondi. Non nos, inquit, deprecas, sed te. Sed responde, vt rum semper hoc scias. Semper inquam, postquam ipsum. Quid oportet subtrahere. Nonne semper hoc scis? Semper autem sciens vtrum aliqua hoc scias, quo scis, aliqua alio, vel hoc ipso omnia? Hoc inquam cuncta quocunq; scio. Hic rursus transgredens Socrates. Excipitur inquam quod dictum est, quocunq; scio. Vt excipias, inquit, nihil postulo, an hoc responde, posse sine omnia scire, nisi scires omnia? Monstrum esset hoc inquam. Adiectum iam ait, quicquid lubet. Cuncta nanq; scire fateris. Sic videtur inquam, postquam nullus momenti est illud scio, omnia autem scio. Nonne & semper confessus es scire hoc quo scis? siue quando scis, seu quomodo cuique placet. Semper enim scire es confessus, ac omnia simul. Constat ergo quod puer sciebas, & quando genitus es, & quando natus, imo & antequam nascereris, & ante caeli terraeq; ortum scisti omnia, si modo semper scis. Ac per louem semper scies, & omnia, si volueris. At vobis inquam, honorandae nimium Euthydemē, siquidem omnino vera dicis. Sed posse te non multum confido, nisi idem tecum vel frater iste tous Dionysodorus. Ene enim forte valebis. Dicite porro. Cetera quomodo vobis non concedam, nescio, tam mirabili atq; noua sapientia praediti estis, quo minus ego omnia sciam, quandoquidem vos asseritis. Talia quaedam qua ratione scire me dicam Euthydemē? quod videlicet boni viri inuisti sunt. Dic enim mihi, scione istud, an nescio? Scis vtique, inquit. Quid inquam? Quod viri boni inuisti non sunt. Iam pridem sciebam hoc, inquam. Verum non istud quæro, sed quod inuisti sunt viri boni, vbi didici? Nusquam, Dionysodorus ait. Non ergo inquam, hoc scio. Tunc Euthydemus ad Dionysodorum coactus ait, Sermonem delirus, apparebitq; iste si nesciat, sciens simul & nesciens. Dionysodorus quidem erubuit, sed ego, Tu vero quid ais Euthydemē? Non videtur tibi frater tuus vera loqui, quem nouerit omnia? Frater ego sum Euthydemu, Dionysodorus ait. Mitte isthuc inquam, o bone vir, dum me Euthydemus doceat, quod sciam viros bonos inuisti esse, neque hanc mihi doctrinam inuideas. Fugis, o Socrates, ait Dionysodorus, neque vis respondere. Non iniuria, inquam, fugio: nam cum alteruter vestrum sim imbecillior, cur non duos fugiam? Hercule quidem multo sum imbecillior, qui pugnare simul non valuit aduersus hydrum sophisticam, cui propter sapientiam pro vno sermonis capite amputato, multa repullulabant, ac etiam aduersus Cancrum sophisticam quandam ex mari aduentantem, & nuper, vt arbitror, aduectum nauis: a quo cum Hercules ad finitram angere

anger etur, verbiq; acriter morderetur, nepotis sui Iolai auxilium imploratur, qui summo pere illi succurrit, meus autem Iolus Patrocles si venerit, plus alterum praestiterit. Responde ergo, inquit, Dionysodorus, postquam ipse hanc praedicat, vtrum Iolus Hercules magis fratris filius quam tuus fuerit? Oportet quomodo fore arbitror, vt tibi respondeam Dionysodore. Neque enim desinere sciscitari, & propter inuidiam quandam interturbare, ne Euthydemus sapiens illud me doceat Responde igitur, inquit. Respondeo, inquit, Iolus Hercules fratris filiu fuisse: meū autem, vt videtur, nequaquam. Neq; enim pater ipsi Patrocles fuit frater meus, sed aliquis nomine proximus Iphicles Hercules frater. Patrocles autē, inquit, tuus Nimirum inquit, non pater. Frater ergo tibi est, inquit, & non frater. Non eodem ex patre inquit, vir optime. Illius enim pater Charemedus, Sophroniscus autem meus. Pater autem, inquit, erat Sophroniscus atq; Charemedus? Omnia, ille meus, hic illius. Nonne Charemedus alius quam pater erat? Alius scilicet quam pater meus. Nunquid pater erat, cu alius quam pater esset? An tu idem es quod lapis? Verebar inquit, ne idem te asserente videret. Mihi vero non video. Nonne igitur alius es quam lapis? Alius certe. Quod si alius es quam lapis, non es lapis. Et si alius quam aurum, non es aurum. Sic est inquam, An nū cadem ratione Charemedus quem alius sic quam pater, non non erit? Videtur, inquam, non esse pater. Ad hanc Euthydemus adiecit: haud pater est Charemedus: rursusq; & Sophroniscus cu alius sit quam pater, non est pater. Quapropter sine patre es, o Socrates. Sermonem vero suscipiens Ctesippus intulit, Pater autem vester cum eadem sibi contigerit, alius est quam pater meus. Longe abest, Euthydemus ait: Num idem? Idem sane. Non enim alioqui cōtinerent, Sed vtrum meus Euthydemē pater est, duntaxat an & ceterorum inuimus? Et ceterorum insuper. Nunquid putas eundem hominem patrem existentem, nō esse patrem? Putabam equidem, Ctesippus inquit. An & aurum inquit, aurū existens, non esse aurū? & hominē existentem, hominem nō esse? Tum Ctesippus, non vt fertur, Euthydemē, lino lino connechis. Rem enim graue dicis, si pater tuus, pater est omnium. Est tamen, inquit. Verū hominū duntaxat, inquit Ctesippus, an equorū etiā, ceterorumq; animalium omnium? Omnium profus. An & mater tua, mater omnium? Et mater. Ergo tua mater echinorū marinorum mater est. Et tua, inquit. Et tu rursus frater es gobiōrū, catulorū, & porcellorū. Et tu, inquit. Quinetiā tibi pater est canis. Et tibi insuper. Hic Dionysodorus, si mihi respondere Ctesippe volueris, facia vt ista concedas. Die age, est tibi canis? Et malus admodum canis, Ctesippus ait. Habet catulos? Tales habet multos. An non illorum pater est canis? Profus: vidi nanq; illam cum cane matre coeuntem. Nonne tuus est canis? Est. Nonne igitur pater existens, tuus est? Quare tuus pater sit canis, tuq; catulorum frater. Sed nequid Ctesippus prius obiiceret, repente adiecit Dionysodorus. Paulūm quid vltā responde. Canem hunc verberas? Arridens Ctesippus ait, verbero, te autem nequeo. An non igitur tuum patrem verberas? Longē, respondit, iustus esset vt patrem vestrū verberarem, qui frustra adeo sapientes filios genuit. Sed nunquid, o Euthydemē, multa bona ex vestra sapientia vester & catulorum pater est consecutus? Neque ille bonis

multis indiget, o Ctesippe, neq; tu. Neq; tu etiā Euthydemē, neq; alius quilibet hominum, inquit. Dic etenim Ctesippe mihi, vtrū bonum esse censitas, vel agrotanti pharmacum bibere quando indiget, an non vel homini pugnator bonum esse vt armatus prodeat, an inermis? Arbitror equidem inquit. nempe expecto aliquid abs te egregiu. Ipse videbis optime, inquit. Verūm respondeo, postquam confessus es bonum esse, quando res postulat, pharmacum bibere, nunquid hoc bonū quam plurimū oportet bibere? optimūq; erit si quis terat, & infundat poculo hellebori tantum, quantum curru aliquo vehitur? Profus ita, Ctesippus ait, si tantus sit qui bibiturus est, quanta est statua Delphica. Nonne similis & in bello, inquit, si bonum est armis indui, plurima arma habenda sunt, iaculorūq; & clypeorum circumferenda est sarcina? quandoquidem id bonū est. Et maxime quidem, Ctesippus ait. Tu vero non putas Euthydemē, sed vnum duntaxat iaculum, & vnu clypeum esse ferendum? Equidem inquit. Num ita Geryonē, inquit, Briareūq; armare ego autem putari robustiorē te esse, locūq; similiter istum, vt pote viros armigeros. Euthydemus quidē tacuit. Dionysodorus autē aduersus ea quae primū Ctesippus responderat, intulit: Bonū tibi esse videtur aurum habere? Valde quidem, respondit Ctesippus. An nō & habere pecunias semper atq; vbiq; Maxime inquit. Nonne bonū esse aurum confiteris? Confessum sumus. Semper ipsum habere, & vbiq; oportet, & in seipso quam maxime? Beatissimus is esset, qui tria auti talenta in ventre haberet, talentū vnu sub capitis osse, staterem autem, id est nummum quandam, & pondus auri in vtroq; oculo. Ferunt, inquit Ctesippus, o Euthydemē, apud Scythas eos felicissimos optimosq; viros esse, qui in sui capitis ossibus aurum multum continent, quemadmodū tu paulo ante canem dicebas patrem. Quodq; magis est mirum, sius ex capitis deauratis bibunt, & haec incitrosficiunt, verticē deauratis suam manibus attolentes. Adhuc Euthydemus, Vtrū Ctesippe videtur & Scythae, & ceteri homines quae possunt videre, vel quae non possunt? Quae possunt planē. Nonne & tu? Et ego similiter. Vidē nostras vestes? Vides. Possunt igitur haec videri. Mirifice, Ctesippus ait. Quid porro? inquit. Nihil Ipse vero non putas has videre? vsque adeo lucundus es vir? Videris mihi Euthydemē quodammodo extra somnum obdormisse, posseq; te putō dicentem nihil dicere. Et tu hoc facere videris. Nunquid impossibile est, Dionysodorus ait, tacentem dicere? Impossibile, Ctesippus inquit. Dicentem vero tacere? Possibile multo minus. Quando igitur lapidem dicis, nonne tacentem dicis? Et quando lignum, nonne tacentem dicis? Haud silere tibi terra concedam, Ctesippus ait: nā si quis pulset, sonare illa quidem, & rebore dicuntur. Quare quam nihil dicas propter sapientiam, hie nō satis animaduertisti. Sed quod restat, ostendite, possibile videlicet esse, dicentem tacere. Certe mihi visus est tunc vehementer Ctesippus propter amicum cōtendere. Quando scies, inquit Euthydemus, nonne omnia scies? Equidem. Nonne & re quamlibet dicentem scies? siquidem illa quae dicunt, in numero omnium cōputantur. Quid vero? interrogauit Ctesippus, non silent omnia? Non ait Euthydemus. An loquuntur omnia, vir optime? Imo certe, quae loquuntur. Non istud quarebam, inquit, sed vtrū omnia sciant vel loquantur. Tunc subripiens

fermonem Dionysodorus ait, Neutra, & vtraque. Certe enim scio te quid huic responsioni obicitis, ignoraturum. Statim Cteippus, ut solet, effusus in risum clamauit, O Euthydem, tuus frater sermonem in vtraque parte trahit, & perdidit, & victus est. Clinias quoque admodum delectatus artitit. Quare Cteippus gelens longius quam in decupla letitia creuit. Vilius autem mihi est Cteippus vtpote veterator hæc ipsa illis per altitiam extorsisse. Neque enim sapientia talis apud alios est nostri temporis homines. Post hæc ego, Quid inquam, edes, o Clinia, in rebus tam feris, tamque pulchris? Sed ad me conuertis Dionysodorus. Tu verò aliquando rem pulchram vidisti Socrates? Multas equidē Dionysodorus. Nunquid alias quam ipsum pulchrum? an eadem? Ego vero passim hæc trahi, nec iniuria me id perperam fuisse sum arbitratus, quippe qui tacere diutius nō poterim. Respondi tamen alias esse quam ipsum pulchrum, pulchritudinē tamen singulis quandam adesse. Si tibi adit bos, inquit, nunquid ipse bos erit? & qua ego tibi nunc adsum, Dionysodorus es? Bonus inquam, verba quæso. Sed ille, Quo pacto alterū adesse alteri, cum alterum sit, & alterum? Nūquid tu, inquam, de hoc dubitas? Nempe iam illorum imitari sapientiam contendebam, vtpote cupiditate illius accensus. Cur non dubitem, inquit, & ego, & ceteri omnes de eo quod nequaquam existit? Quid ais Dionysodorus? nōne pulchrum pulchrum est, turpē, turpe? Si mihi videatur inquit, Nōne videtur? Profus inquit. Nōne & idem, idem est inquam, & alterū similiter alterum? non tamen quod est alterum idem? At ego nec puerū quidem suspicari hoc arbitraber, quin quod alterum est, sit alterum. Verūm o Dionysodorus, sponte id omisit. Videmini autem mihi tanquam artifices, quibus conuenit peragere singula, disputandi rationem decore trahere atque tradere. Noluit, inquit, quid singulis officibus peragere conueniat? Principio quidem scis quem deceat erit cadere? Fabrum, inquam, ararium. Quem verò luto fingere? Figulum. Quem rursum iugulare atque excoriare, & in frustra incisas carnes assare, vel elixare? Coquū. Nōne quisquis conuenientia facit, rectē facit? Maximē inquit. Cōuenit autē, ut ais, coquum, inquit, considerare & excoriare. Cōcessisti hæc, necne? Cōcessi, inquam, sed ignoscere precor. Consultat igitur, inquit, si quis iugulans & incidens eorum clixet assēctue, conuenientia facere. Quiniam si quis fabrum ararium erit eudat, & figulum fingat, decentia similiter operabitur. O Neptune inquam, iam sapientia illi vestra colophonē imposuisti. Nunquid ista mihi quādoque, sic adert vt propria fiat? Cognoscerē, inquit, ipsam, o Socrates, propriam iam esse dāam? Si ipse velis, inquam, ego quidē. Quid porro, inquit, tua putas cognoscere? Equidem, inquit, nisi forte tu aliud dixeris. Abs te namque oportet incipere, in hunc autem Euthydem desinare. An non tua illa esse putas, inquit, quoniam es dominus tibi que vti arbitratur tuo licet, vt boues & oues: hæc ne tua existimas, quæ vendere potes atque largiri, & cuius deorum vouere quæ vero non potes, non tua? Ego verò arbitratus præclaram aliquam inde quæstionē exorturam, & audiedū quiditate protinus inflammatas, profus ita est inquam. talia nempe quædam mea sunt. Nunquid animalia, inquit, nomina illa quæ animam habent? Illa ipsa inquam. Fateris igitur ex animalibus illa duntaxat esse tua, circa quæ potes hæc omnia face-

re, quæ mediō dicebam? Fateri inquam. Hæc ille ironice admodum seipsum continuit, quāsi magnum quiddam cōtemplaturus, deinde ait, Dicage mihi, o Socrates. Eline tibi Iupiter patrius? Atqui ego suspicatus eō rediturum esse sermonē quō deuenit, & per ambigū quoddam diueticulum secedens, redit quo velut implicatus iam eram, emisso, respondiq, Non est, o Dionysodorus. Miser, inquit, homo es, neque Atheniensis, qui neque dii patrii sunt, neque sacra, neque aliud quicquam præclarum atque magnificentum. Mitte, inquit, ista Dionysodorus, ne male omnenis, neque acriter erudias. Sūt enim mihi & aræ, & sacra domestica patriæque, & alia quæcunq; id genus Atheniensibus adsumt. Ceteris, inquit, Atheniensibus est patrius Iupiter? Non est, inquam, apud Ionas talis cognatio, neque apud eos qui hæc ex vrbem manarunt, neque apud nos, sed Apollo patrius propter Ionis genturam. Iupiter autem nobis patrius non vocatur, proteget vrbis tamen & curatortribus est dictus, & tribus curatrix Minerua. Sat est, inquit Dionysodorus. Ell enim tibi, vt videtur, Apollo, Iupiter & Minerua. Omnino. An nō tui isti erunt dii? progenitores videlicet, atque dominū Nōne tu? An non tuos esse concessus es? Concessus sum, inquam, quid tum? Nōne animalia isti dii sunt inquit? Concessisti porro quæcunq; animam habent, animalia esse isti verō dii non habent animam? Habent vtrique, inquam. Sunt igitur animalia? Sunt certe. Et animalibus autem illa tua esse dicebas, quorum apud te esset potestas, vt pro abiterio videres, largiretis, diuisque dicere. Reculare Euthydem non possum, quin ista con-esserim. Statim ille sic inuitit: postquam tuum esse Iouem, & usque esse & alios fateris deos, licetne tibi vendere illos atque largiri, & pro libidine tua vt animalia cetera que tua sunt, tradere? Ego igitur Crito tanquam sermone percussus, obmutui. Cteippus autem succurrere mihi conatus ait, Pape, pro Hercules, præclarum sermonem. Ad quem Dionysodorus, Vtrum Hercules pater est, an pater Hercules? Tunc Cteippus ait, Pro Neptune, fortes durisque sermones! Desisto iam. In expugnabiles viri sunt. Hic profectō amice Crito, nullus presentium continere vltra se potuit, quin illorum orationē laudibus summis extolleret & hospites illi Dionysodorus Euthydemque risu, plausu, & læticia exultantes gelientesque ferme resoluti sunt. In superioribus namque dum singula proferebantur, soli eorum sedatores protinus applaudebant. Hic autem penē ipse quoque Lycei columnæ conclamare, plaudere, gelientesque videbantur. Ego quidem sic affectus fui vt assererem, nullos vquam homines pari sapientia me vidisse. Atque & illorum sapientia penitus mancipatus laudare illos & celebrare summopere cepi. O viri, inquam, ob miras artes nature beati: quippe qui rem tantam tam facile, tamque breui tempore aboluistis. Multa quidem & alta sunt in vestris sermonibus Euthydem Dionysodoreque præclara, in quibus id præcipue magnificentū est, quod nulla vobis cura est, aut vulgi, aut etiam illustrium hominū, aut qui aliquo in pretio habentur, sed similitum duntaxat. Equidem certō scio pauco esse qui id genus sermonum diligat, & eos quidē vobis similes ceteri aut sic illos ignorant spernunt, vt erubescant vehementius, si ceteros illis conueniant, quam si ipsi ab aliis conuincantur. Hoc præterea populare & mansuetū vestri sermones habent: quod quum dicitis rem nullam

bonam

bonam esse vel malam, neque aliam, neque aliud quicquam talium, neque omnino aliquid ab aliis aliud dicitur, quæ admodum gloriamini, hominū ora plane obstruitis. Quia verò non aliorum tantum ora, sed vestra iniqua, prætoriosa res est: & sermonis odiū offensionemque audientū diuitatis. Maximum verò hoc est, quod hæc vobis ad vobis artificiose sunt adinuenta atque infirmita, vt breui cuiuslibet tradere valeatis. Cognoui equidem, & Cteippus mentē adhibeo, considero; quā subito imitari vos ceperit. Huius rei mysteriū quā oculis me docere posse præclarum est, neque tamen operæ pretium fore videtur, vt corā multis hominibus discretis imō, verō, si mihi crederitis, cauebitis profus ne in multorum cætu loquamini: ne forte quamprimum ista percipientes, gratias nequaquam habeant. Ista igitur inter vos tantum inuicem communicate, neque alius quisquam ea nisi argēto exposito audiat. Idem quoque si sapientis, vestris discipulis consulite, ne vquam cum aliis quā secum atque vobiscum de his loquantur. Quod enim rarum Euthydem, id honoridum. Aqua enim vilissimū pretio emitur, cum res sit natura pretiosissima, vt ait Pindarus. Sed agite, o Cliniam, Cliniam hunc meque suscipite. Cum hæc, o Crito, & alia quædam breuia differuissemus, abiuimus. Delibera igitur qui mecum vna ad hos viros accedas. Nam pollicentur omnes se docturos, quicunq; argentum dare parati sunt, neque ingenium vllum vel etatem excipiant. Quod verò tibi maximē audire expediat, nihil cumulando pecunie studium prohibere, quō minus quibus sapientiam illorum facile percipere possit. C. R. Equidem, o Socrates, audiendi cupidus sum, & libētissimē discerem. Videor tamen & ipse eorum vnus esse qui Euthydem similes non sunt, sed illorum potius quostu paulo antē dicebas, qui captiuiculis huiusmodi redargui malunt ab aliis, quā alios redarguere. Enim verò ridiculus essem, si admonere te pergerē. Nihil tamen prohibet que ex his qui cætu soluto à vobis discesserunt, audiui, tibi nunc referre. De ambulant mihi obuius factus eorum quispiam, qui in iudicialibus causis excellere plurimum æstimantur. O Crito, inquit, nihil ex istis sapientibus audiui istū. Nihil per Iouem, inquam. Audire enim me affectatē frequens turba tumultuūque prohibuit. Res tamen, inquit, audire digna. Cur, inquam? Vt audisses eos homines disputantes, qui in hoc sermonum genere ceteris præstāt. Ad hoc ego, Quid tibi visum est inquit? Quid aliud, inquit ille, quā quæ semper ex his hominibus audiuntur, dum nugantur, ac de rebus nullis momenti indigno quodam studio inuicē altereantur? nominatim hac oratione est vnus. Tunc ego. Veruntamē gratiosa res est philosophia. Quā gratiosum, inquit, o beate, quod nullus est pretij? Atqui si paulo antē interfuisset, erubuisse vt arbitror, amici tui gratia: qui vsque adeo ineptus erat, vt seipsum tradere hominibus cuperet, quibus nihil pensē est quid loquantur, sed singula captant, obiciuntque vocabula. Et hi vt supra dicebam, inter præstantissimos huius ætatis habentur. At enim, o Crito, & studium hoc vilissimū est, & qui in eo versantur, ridiculi. Mihi quidem, o Socrates, haud rectē rē ipsam improbare visus est ille, vel quisquis alius vnus visus disputare quis studeat, merito vituperasse ille mihi videtur. s. o. C. R. O Crito, admiratione digni sunt hi viri. Verūm nondum quod dicitur sum,

noui. Quorum ex numero erat quibus obuius philosophiam vituperabat? Vtrum orator quispiam ex his qui in iudiciali concertatione valent? an ex his qui tales edunt conscribuntque orationes, quibus oratores in iudicio certant? C. R. T. Minimē quidem orator, neque arbitror illum in iudicio vquam orasse, sed rem ipsam iudicalem optime intelligere ferat, & elegantes orationes componere. s. o. C. Teneo iam. At qui & ipse idem modo dicitur erant. Nempe hi sunt, o Crito, quæ Prodicos inter philosophum, cuiusque virum confisus statuit. Putant hi quidem se esse omnium sapientissimos, & videri præterea tales apud quā plurimos: solos autem philosophos impedimento sibi esse, quō minus ab omnibus reque probentur. Censent itaque si communem aduersus philosophos opinionem hæc diluigent, quod nullus præter sint, sine controversia sapientia gloriam se apud omnes summam reportaturos. Esse namque reuera sapientissimos, sed in priuatis sermonibus, quō Euthydem iudicatos aduersus philosophos, impediri. Quod verò sapientes sint, ex eo consentaneum videri volunt, quod facis habere philosophi, facis etiam cuius perire, & quantum oportet sint vtriusque participes, & extra turbulētios ciuiliū negotiorum tu multos positi, sapientia fructibus iucunde fruuntur. C. R. T. Nunquid dicere aliquid, o Socrates, tibi vtriusque videtur s. o. C. R. Nequaquam. C. R. T. Veruntamen horum hominum sermo habet aliquid verisimile. s. o. C. Habet, vt dicis, o Crito, verisimilitudinem potius quā veritatē. Neque facile illis persuaderi potest, quod & homines & cetera omnia quæcunq; duorum quorundam media sunt, & vtrorūque participant, ita se habebat, vt quæ ex malo & bono sint hoc quædam meliora, & deteriora fiant: quæ verò ex duobus bonis nō ad idem conducentibus, vtriusque deteriora ad opus illud peragendum, ad quod spectat vtriusque illa quibus sit compositio. Quæ autem ex duobus malis sint cōstituta, non ad idem tendentibus, hæc sola meliora sunt vtriusque illis, quorum participat. Si ergo philosophia bona est, & ciuilis actio bona, sed ad aliud atque aliud vtraque conferens, & hi vtrorūque horū participes, vtrorūque in medio sunt constituti, nihil concludūt nam vtriusque deterioris sunt. Sin autē vnū quidem horum bonum, malum verò alterum, hoc quidem meliores, illo deteriores. Quod si vtrūque malum, ita demum vera diceret, aliter verò nequaquam. Neque verò confessuros illos arbitror mala esse vtraque, neque vnū quidem bonum, malum verò alterum. Sed profectō vtrorūque hi participes vtriusque ineptiores fuit ad illud, ad quod philosophia & ciuilis actio pertinet, & cum tertium locum teneant, primum vtriusque nō dubitant. Ignoscendum quidem illorum desiderio, neque indignandum, tales tamen esse censendi, quales & sunt. Nam vnū quicquid diligere debemus, quō modo prædicitur participes aliquid dicit, & vituliter peagat. C. R. T. Equidem, o Socrates, vt sepe tecum loquor, ambigo qua ratione illis meos educeam. Minor quidem natura tenior est adhuc quā exigat discipula: Crito-bolus autem adulescens est iam, & aliquo indiget, cuius opera proficiat. Quoties rectē loquor, ita profus afficior, vt existimem insaniam esse filiorū gratia in multis aliis occupatum esse, vt circa conuicium, nempe qui ex matre generosissima nascantur, deinde vt amplum illis patrimonium relinquere, illorum autem educationem negligere. Ve-

rūm cūm ad eos respicio qui erudire homines proficentur absterreo, mihiq; cōsideranti vnusquisq; illorum longē ab ea re quam prædicat, alienus esse videtur. Et vt verum tibi fatear, non habeo quo patris filium meum ad philosphiam exhorter & pro-uocem. socr. O amice Crito, an ignoras in quo-uis studio viles & nullius preter homines periculosos esse? probos verò paucos, eosq; maximo in pretio habendos esse. Nōne tibi videtur pulchrum quid- dam esse gymnastica, mercatura, rhetorica, res mili- tares? cr. Mihi certē socr. Nōne vides in vna- quaq; hōrum artium multos ad opus vnum quodq; ineptos & desidiosos? cr. Ita est, ac vera nimium loqueris. socr. Ergo hac de causa studiāne fugies omnia, & illa filio distuldebis? cr. Hand deest, o Socrates. socr. Cæue ergo ne quod dedecet, agas, o Crito. Mitte curā hanc, vtrū boni sint homines philo- sophæ studiosi, vel malierem verò ipsam diligēter examina. Si inquirenti res praua videbitur, nō solū filios, sed omnes homines absterreo. Si autem tibi talis, qualis & mihi appareat, sequere eā viriliter & exerce, atque ad idem studium filios cohortare.

HIPPIAS MINOR,
VEL, DE MEN-
DATIO.

MARSILIÛ FICINI
ARGUMENTVM.

Merita Socratis Platonisque nostri boni ac cū diligentis- sime multa vbiq; modis prouident ne inuentus credula subdolis sophistarum aucupij capiat, captiq; perdat, nō iniuriam Hippiam Eliensem sophistam insolentissimū atque sal- lacissimum duobus dialogis agit, Maiore videlicet atque Mi- nore. In maiore quidem demonstrat Hippiam verum professorem pulcherrimū omnino quā ipsa pulchritudo sit ignorare. In mi- nore verò eundem se testantē quod ante alios mendacem a vera ce discernat, ostendit in vtriusq; definitione prorsus errare: vt patet Hippiam, vt omnium arrogatissimum esse, ita & ignora- tissimum esse, atque ineptissimū apparere. Mitto nunc quod eum vt mos est sophistarū ad abudandum & temerariū animumq; de- pingit: & cūm promittat omnia, in omnibus autem verba, nil- bil verò præstare: cūmque maxime gloriatur, vel in minimis claudicat. Sed vt ad mendacem maxime veritasq; definitionem redeamus, mendax nō describens erat, qui maxime velle, vt cumq; possit sciat, mentiri. Perax autē cetera, qui maxime velle vt- que possit: & sciat, vera loqui. At Hippias intertissimum artium magister esset, confississimūque veritas mendacisq; discreton, ordine definit opposito, dicitq; mendacem qui maxime possit sciatq; mentiri quateuscūq; voluerit: veracem vero, qui quādo cūq; voluerit queat & sciat vera loqui. Vnde cegitur primū fateri mendaces esse potentes, scientes, prudentes, sapientes. Deinde & bonos ad illa ad que potentes sint atque sapientes. Tertio per ar- tes singulas deducendo compellitur in quolibet tā re q̄ et e fa- rari eandē esse veracem atque mendacē, quod neq; ueracit ab in- itio Siquidem, in quolibet ille qui optimū callet, idē maxime po- test & sciat pro arbitrio vera loqui pariter atque mentiri. Quārto ad concedendum inducitur veracem nihil meliorem esse mendacē, quandoquidē quāuis sufficiens bonusq; est verax ad loquendum ve- ra, tam sufficiens bonusq; appareat mendax ad mentendum. Post hæc Socrates sophistā in ambiguitate adducit, vtrū delinquat grauius, nū qui mentiri volens, an qui volens? Id verò sophista nescit soluere, neq; Socrates quidē soluere vult sophista. Est autē ita soluendum, in his quidem que ad intelligentiam pertinent mi- nus errare qui mentiantur sponte: in his autē que ad mores spē- ctat, errare magis. Eum verò qui volens dicit mendacem, contra se habere. Deinde ambiguitate vtrū magis errat, nū qui dedit opera, an qui infirmus est vel ignorans peccant: probaturq; longis in- ductis omnibus ambiguitatibus in his que ad naturā & artem, illarumq; instrumenta pertinent, veracem esse vtrum vel impotentia vel ignoratioe conuictum, quāuis multatā perpetratim. Siquidem natura bonum in ipsa potentia, bonū vero artem in hac ipsa, atq;

In quo
vtilitas
vires
periculosi
pro-
bo-
vero
pauco-
res
sunt.

insuper in cognitione consistit. Malum igitur in oppositū. Ex his autem extra propositum Socrates ad mores trāsferri, cō- cludens idem in genere morum, quod & in natura artiq; gene- re. Quod quidē est intelligit Socrates fieri non debere, sed et- tam declarare sophistam in nequaquam animaduertere. Profecto in his que ad voluntatem moraliq; pertinent, grauius delinquit malitia, id est quā ad voluntatem peccandi, quā si vel per se potens sit vel per ignorantiam delinquat. Postremo Socrates in- stitiam esse dicit vel potentiam, vel scitiam, vel vtrūque. Men- dere sciebat, sed volebat tertium, scilicet vel voluntatem, insti- tia eum maxime in voluntate consistit, verò declarare voluit latere sophistā. Sed tam arguēctum superioribus præcepis his concludamus. Docendum sine invidia. Absque rubore discendi. Gratia semper habēda docenti. Aliena inuētē sibi non suscipiēda.

EVDICVS, SOCRATES,
HIPPIAS.

EVd. V verò quidnam taces Socrates, cūm tam multa Hippias hic ostendit? Cur nō aut comprahas didorū aliquid, aut redarguis si quid minus rectē dicit tibi videtur præsertim cum & ipsi inferiores discerimus, qui nobis non mediocriter philosphæ studium vendicamus? socr. Sunt Eudicē nōnulla ex his que circa Homerum dicebat Hippias, de quibus perferō tibi cupio. Audiuisti quidem ex Apemōro patre tuo, liadem apud Homerum eō præclaris poema esse Odyssea, quō Achilles Vlyse præstantior. In Achillem nanque poema vnum, in Vlysem alterum ac- bat esse cōpositum. De hoc ergo sciscitari ab Hip- pia, si modo ei placeat, affecto, vtrum illorum homi- num præstantiorem asserat, postquā alia multa ac varia de Homero, ceterisq; poetis sunt nobis offen- sa. EVD. Nulla prorsus inuidia prohibebit quō Hippias interroganti respondeat. Respondebis necne Hippia, si quid Socrates querat? HIP. Haud rectē agerem Eudice, si nunc Socrates interrogatorem fugerem, qui solitus sim semper ex Elide patria ad Olympica ista, quō Graeci ad cōmūnem celebratam vndique confluent, me conferre, ipsumque me ibi apud templum præbere cuiq; declarantē quod- cūq; demonstrati quis cupiat, & ad interrogatio- nes singulas respondentem. socr. O quam felix tibi fors cōtigit Hippia, si adeo confusus animi sapientia qualibet Olympiade ad factus aduentus. Mira- rer profecto si quis circa corporis exercitacionem athleta illuc certaturus accederet, tam corporis viribus, quā tum mētis subtilitate confusus, HIP. Me- rito sic affectus sum Socrates: nā ex eō tepore quo captus in Olympicis exerceri, neminē reperi adhuc me aliqua in resuperiorē. socr. Præclarum hercle quod ais Hippia, atq; hæc gloria tua & Eleōrū ciuita- tū & parentibus erit quoddā sapientie monimen- tum. Verū quidnam de Achille & Vlyse iudicas? Vtrum horum præstantiorem, & que in te putas? Petro dō multi intus essemus, tūq; differeres, que- dam me verba subterfugerunt: pigrit tamen per- quirere, tum q; turba erat intus plurimā, etiā ne orationi tuæ impedimento forem. Nunc verò post- quam pauciores sumus, & Eudicis hic querere iu- bet, liquidus nobis ostende quod de his viris dice- bas, quōve pacto diiudicabas. HIP. Volo equidem Socrates aperiri quā tunc in presentia referre, que de his & de aliis sentio. Homeri assero omnū qui ad Troiam peruenerunt, optimū virum fuisse Achillem, sapientissimum Nestorem, apprimē verūtū multiformēq; Vlysem. socr. Pater o Hip-
pia.

pia an mihi in hoc gratificaberis? ne me videlicet rideas, si ad percipiendum tardior fuero, ac sapius requisitior? Dignare mihi obsecro libenter ac fa- cile respondere. HIP. Turpe quidem esset o Socrate, cum alios eadē docerem, & pro his pecunias exi- gam, si tibi querenti non indulgerem, nec læto ani- mo responderem. socr. Præclare admodum loque- ris. Equidem cum optimum virum Achillem fideū fuisse dicebas, sapientissimum Nestorem, visus mi- hi sum quod diceret intelligere. Cum verò Vlysem verutum & multiformem, vt verum fatear, quid significare velles, non intellexi. Atque mihi dicas: forte enim hinc magis percipias: nunquid & Achil- les ab Homero multi formis verutūque inductus fuerit, necne? HIP. Minimè o Socrates, sed simplex omnino. Quoniam in supplicationibus ipsis cum eos disceptantes inducit, ita aduersus Vlysem lo- quentem facit Achillem,

Id. O multam generose doli fabricator Vlysem, Conuenit intrepidè me vestra resellere dicta, Vt fieri debere puto, fallacibus ipsam Ne me sedentes hinc obtundatis & illinc. Is magis est quoniam quam nigri ianna Ditis Infensus nobis, aliud qui peccatore claudit, Inde palam profert aliud quod canque videtur. At ego nunc dicam, credo velut esse futurum.

His in carminibus morem vtriusq; declarat, Achillem esse veracem atque simplicem, Vlysem veru- tum atq; mendacem. Hæc siquidē apud eum Achil- les aduersus Vlysem infert. socr. Videor iam quod ais, o Hippia, quidem intelligere. Verutum enim mendacem vocas, vt patet. HIP. Maximè quidem o Socrate. Talem nempe Vlysem sepe & in Iliade, & in Odyssea fingit Homerus. socr. Ergo existimauit Ho- merus alium quidem esse veracē virum, alium ve- rò mendacem, neq; vtrūq; eundem esse. HIP. Quid prohibet Socrates? non. Ad idem & ipse sensus Hip- pia? HIP. Maximè omnium. Nimis enim errarem, si aliter ipse sentirem. socr. Homerum quidem igitur mitamus, cūm ab eo sciscitari non liceat, quæ eius fuerit in condendis his carminibus sententia. Postquam verò tu causam suscipis, tibiq; ea viden- tur, que dicere Homerū asseris, pro Homero simul ac teipso responde. HIP. Eiet interroga paucis quod lubet. socr. Mendacē sine vocas illos qui facere ali- quod nequeant, vt inualidos defessosq; an eos qui facere aliud possunt? HIP. Potētes & maximè qui- dem, cūm in aliis multis, tum etiam in decipiendis hominibus. socr. Potentes itaq; sunt secundum ser- monem tuum atq; veruti, nōne? HIP. Certē. socr. Veruti verū sunt & subdoli soliditate quadam & imprudentia? an astutia potius atque prudentia? HIP. Astutia maximè omnium atq; prudentia. socr. Prudentes ergo sunt, vt videtur. HIP. Valde pro Ioue. socr. Prudentes verò cūm sint, ignorantne quod faciunt, an sciunt? HIP. Imò scientes maximè. Nam ob hoc alios seducunt. socr. Cūm ergo scien- tes sint harum rerum quas sciunt, vtrum insipientes sunt, an potius sapientes? HIP. Sapientes videlicet in his ipsis ad decipiendum. socr. Siste obsecro, repetamus dicta, vt quid dicas, insipientibus. Méda- ces esse ais, potentes, prudentēsq; scientes item & sapientes circa illa de quibus mendaces. HIP. Aio. socr. Alios autem veraces esse, alios contrā? HIP. Aio. ista. socr. Ex hoc ergo sequitur, vt mendaces ex po- tentium sapientiumq; numero sint. HIP. Maximè.

socr. Cum verò dicis potentes & sapientes esse men- daces ipsos ad eadem, vtrum dicis potentes esse ad mentiedum si velint, vt impotentias ad ea que men- tiuntur? HIP. Potentes equidem. socr. Vt ergo sum- matim dicamus, mendaces sunt qui ad mentiedum potentes sapientēsq; sunt. HIP. Planē. socr. Ergo qui vir mentiri nequit, neque scit quicquam, non erit mendax. HIP. Sic est. socr. Potens autem est qui facit quod vult, & quando vult, haud morbo vel quibusdam talibus impeditum, in quō, verūm quō- admodum tu meum nomen, quærescuntq; vis, scri- bere potes, ita nunc interrogo. An nō hominem sic affectum, potentem vocas? HIP. Sanē socr. A. Dic o Hippia, nōne es numerandi computandiq; peritus? HIP. Maximè omnium. socr. Siquis ergo te per- contectur ter septingenta quantum compleant num- merum, nōne, modo velis, omnium quā ocyssi- mē atque maximè de his respondebis? HIP. Pro- fus. socr. A. Nunquid ex eo quod circa illa potētissi- mus & sapientissimus es? HIP. Nempe. socr. Vtrum sapientissimus es ac potentissimus dūtaxat? an etiā circa eadem optimus, circa que sapientia & po- tentia prætas, hoc est in numeris computandis? HIP. Ex optime insuper Socrates. socr. Veratūque de his præ ceteris maximè dicere posses, an nō? HIP. Reor equidem. socr. An & falsa circa eadē mō Age nunc Hippia, vt & supra generose magnificē- que responde. Si quis querat ter septingenta quot sunt, tūne magis de his mentire, sempiternū secun- dum eadem falsa de his pronuncias, mentiris, & nunquam vera proferre volens an qui numerorum ignarus est, poterit magis mentiri quā tu, etiā si mentiri volens cōtra potius ignorans sepe dum volet falsa proferre, vera fortis præter sententiam proferet, quia rem ipsam ignoret: tu verò quum sa- piens sis, semper dum mentiris volens, si militem mentiris? HIP. Est vt dicis. socr. Méda ex itaq; vtrum circa alia mendax est, non tamen circa numeros, neq; de numero mētietur? HIP. Imò & circa numeros. socr. Ponamus igitur hoc Hippia, circa computationem ac numerum aliquem esse mendacem. HIP. Certē. socr. Quis hic erit? necesse est vt mentiri possit, vt ipse dicebas, si méda ex futurus est. Nempe abs te di- ctum est, si recordaris, cum qui mentiri nequeat, non esse mendacem. HIP. Recordor equidem, atq; ita dictum. socr. Nōne paulo antē constitit te esse ad mentiedum in computandis numeris poten- tissimum? HIP. Ita dictum fuit & istud. socr. Num & quāuis maximè es ad vera profrenda de numeris illdem potens? HIP. Valde. socr. Idem ergo potest maximè in computando vera loqui, atque mentiri: si autem est qui bonus est in numeris vi- delicet computator. HIP. Sic omnino. socr. Quis igitur alius Hippia in computando fit mendax, ni- si qui ad idem bonus? Hic enim potens, hic & ve- rax. HIP. Apparet. socr. Cernis eundem mēda- cem esse in his atque mendacem, & nō nihil meli- ore mendace ipso veracem esse, idem nanq; sunt, neque valde contrarij, vt tu nuper existimabas. HIP. Haud certē nunc in his apparet. socr. Vides in aliis quoque consideremus? HIP. Velubet. socr. Nōne es & geometria peritus? HIP. Sum. socr. An non idem in geometria contingit idem falsā quā maximè de figuris pronuntiare potest, qui & vera. Est autem is geometria. HIP. P. Profecto. socr. A. An alius ad hæc præter hanc bonus? HIP. Non alius. socr. A. T. Nōne bonus ac sapiens geometria